



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Non Qvælibet Exempla Patrum imitari licere.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

sari illud exemplum potest, propter mortem pri  
oris ante nuptias, sed tamen non est imitandum.

NON QVÆLIBET EXEM  
pla Patrum imitari licere.

Hæc ideo collegimus, ut intelligi possit, que  
connubia concessa sint. Non enim licet quelu  
bet exempla patrum imitari, ut Iacob. Non com  
cedendum est, ut aliquis ducat sororem m̄rtue  
sororis, nec licet allegare post promulgatam lo  
gem, & contra verbum Dei iam nobis proposi  
tum, piorum patrum facta. Nam propter exem  
pla non est discedendum ab expresso verbo Dei,  
nec opus est disputare de excusatione patrum,  
etiam si quid vitij fuit in aliquorum connubij.  
Et si fuit excellens virtus Abrahæ, Iacob, Da  
uidis, & aliorū Patrum & Prophetarū, qui aut  
cognatas, aut plures coniuges simul habuerūt, ta  
men non existimemus nullos in eis nœuos fuisse.  
Fuit robustissima natura patrum ante diluvium,  
& ut vires corporis magnæ fuerunt, ita sapi  
entiam fuisse eximiam, non dubium est, & id  
ostendit artium inuentio, quæ illius aureæ eta  
tis sagacitate repertæ, & posteris monstratae  
sunt. Norant autem pīj Patres concionem in  
Paradiso traditam: Erunt duo in carne una,  
quo dicto matrimonium definitur, & sancitur  
esse

inseparabilis coniunctio duorum, id est, unius maris et unius feminæ. Quod enim dicitur: Erunt duo in carne una, sancit, ut sit una caro, vestiuncti inseparabiliter, et talia fuisse coniugia piorum. Patrum ante diluvium, non dubito. Imo pij intelligebant hoc dicto damnari a Deo vagas libidines. Sed impij hoc frenum non sunt passi, quare vagae libidines inter caussas dea-  
bant recensentur.

Ac post diluvium, et si mansit magna vir-  
tus patrum, ut Abrahæ, tamen cum iam plus  
confusionum esset in moribus, essent trebra dio-  
nisa, et unus simul multas coniuges duceret,  
nulla vitiosa consuetudine etiam sancti patres  
veneram veterem languidius custodierunt. Sed  
in verbo Dei regamus vitam et mores, non  
quibuslibet exemplis. Verbum Dei in Leuitica  
clarè affirmat, à Deo damnatas esse incestas con-  
suetudines, videlicet, coniunctiones in primo et  
secundo gradu lineæ inæqualis. Quare non licet  
imitari exemplum Iacob, quem vel ignorantia  
excusat, vel aliqua diuina reuelatio. Non imi-  
nitur patrum neuos, vel ambigua facta sed viro-  
nes, quas Deus in eis clarè approbat, quod vera  
verbum Dei certis testimonijis diuinis acceptum, ait  
dilebant, amplectebantur fide, propagabant,  
DEVM verè invocabant, damnabant Ia-  
la, sustinebant magnas ærumnas et cero-

244 DE ARB. CONS. ET AF.

tamina propter doctrinæ veræ propagationem,  
erant iusti erga homines in contractibus, & in  
vilibus vitæ officijs, non rapiebant aliorum con-  
iuges, non polluebant filias cuiusquam, timebant  
Deum, & non petulanter contra conscientiam  
violabat mandata Dei. Tales cum essent, tamen  
si quas sordes propter contagia seculi habuerunt,  
tamen quia lucebant in eis fides, vera invocatio,  
bona conscientia, aliqui eis novi condonati sunt,  
cum crederent se placere Deo per misericordiam  
propter venturum semen: Ita & nobis multi ne-  
ui condonantur, qui oriuntur à contagij tempore  
rum ac gentium. Sed interim discamus virtutis  
patrum imitari, congruentes cum mandatis  
Dei, ut dictum est. Repetita est vox in  
Euangelio: Erunt duo in carne una,  
quæ renunciat nos ad primam &  
pulcherrimam coniunctio-  
nem unius maris &  
unius fæmina.

F I N . I S .